



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 9011826X**

§. 51. Glycys Patr. Const. successorem habet Gerasimum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66305)



Sæcul. XIV.  
A.C. 1320.

§. LI.

*Glycis Patriarcha Constantinopolita-  
nus successorem habet Ge-  
rasimum.*

*Niceph.  
Gregoras  
l. 8. c. 2.*

*Sup. §. 23.*

Constantinopoli nervorum reso'utione laborans Joannes Glycis Patriarcha manuum pedumque usu amisso, ita ut obeundis functionibus, ac negotiis vacando impar quiete haberet opus, desperata sanitate deponere munus statuit. Consensit Imperator Andronicus, & incolendum illi dedit coenobium, cui nomen erat Kyriotis. Illuc se Præsul remisso dignitati nuncio deferendum curavit anno pontificatus sui quarto, post partum Virginis 1320: nam orsus eum, ut Papa suum, fuerat anno 1316. Commodis suis nequaquam serviens, velut plerique alii, ex palatio patriarchali parum pecuniæ abstulit, & in monasterium impendit. Mortem vero expectans quotidie suum testamentum voluit scribi per Nicephorum Gregoram, qui temporis illius historiam contexuit.

Successit illi Gerasimus Sacerdos & monachus Manganensis, niveo senex capillo ac pæne surdus, simplex præterea, & in litteris profanis rudissimus; sed hoc ipso acceptus Imperatori. Ta-  
les



les quippe viros, inquit Gregoras, Prin-Sæcul. XIV.  
cipes muneribus magnis præficiunt, ut A. C. 1320.  
suis imperiis serviliter submissos & nul-  
la in re obsistentes habeant.

§. LII.

*Creantur Cardinales.*

Die Veneris 19 Decembris anno 1320  
Papa septem Cardinales decrevit om-  
nes Gallos. Primus erat Renaldus  
de Porta Bituricensis Archiepiscopus  
natus Alaffaci prope Brivam in Lemo-  
vicensi agro inferiore. Fuerat primum  
Lemovici Canonicus, Cobraliensis Ar-  
chidiaconus, Canonicus Aniciensis, &  
Episcopi Guidonis Vimiacensis Vicarius  
Generalis: deinde anno 1294 evaserat  
Lemovicensis Episcopus. Ultimo De-  
cembris anno 1316 translatus est ad se-  
dem Bituricensem vacuum per obitum  
Ægidii Romani factum Avenione 22  
Dec. Post quadriennium Papa Renal-  
dum dixit Cardinalem Presbyterum de  
SS. Nereo & Achilleo, atque anno se-  
quente 1321 Episcopum Ostiensem, con-  
ferens archiepiscopatum Bituricensem  
Guilielmo \* Scopulæ.

*Bal. v. to. I.  
p. 163. 194.*

*Gall. Chr.  
to. I. p. 180.*

*\* de la Brosse  
Vad. 1317.  
n. 2.*

Cardinalis secundus erat Bertrandus  
Turrius natus in dioecesi Cadurcensi,  
ex Ordine Minorum Doctor celeberrimus. A-  
gebatur per Aquitaniam Ministrum Pro-